



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illvstrivm Virorum Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

De Alexandri VII. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

D E

ALEXANDRI VII.  
PONTIFICIS OPT. MAX.

secessu in Albanum.

**E**cce ubi ALEXANDER longam secessit in  
Albam,

Et Romam veteri restituit patriæ,  
Iuppiter ipse graui vectus per inania curru  
Descendit prono plurimus obsequio.  
Mox colere & Phæbus, radijs ornatus & auro,  
Luce suâ lumen clarius approperat:  
Nympharumq; chori lacubus, syluisq; relictis  
In numerum aduentu Principis exiliunt:  
Et circumpositæ effundunt sese undique gentes,  
Vt sacris humiles oscula dent pedibus.  
Vrbs dolet intereâ ingeminans deserta querelas,  
Suspiratq; sui mæsta Patris reditum.  
Parce tamen, pia Roma, queri, nec gaudia Matri  
Antiqua exigui temporis inuideas.

A D

C La

Tu licet

Pallad

Arma tar

Atque

Indomiti

Totq;

Quem no

Diuini

Quas pep

Inde tu

Ille quide

Postrem

Tu maior

Et super